



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

III. De expositione publica SS. Evcharistiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

in pauperum & Ecclesiæ parochialitatem impendant: ut in libris patris S. Congregationis ad *ses.* 24. adnotatum reperitur.

207. Sicubi verò vel in Ecclesiis particularibus, vel in ipsismet Conventibus quibus cura animarum incumbit, Regulari dispensatum fuerit, ut exerceat, talis quantumvis exemptus omnibus ad dictam curam pertinentibus subiacet jurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi Diocesani.

CAPUT III.

De expositione publica Sacramenti Eucharistiæ.

208. *Simplex sacerdos, seclusâ necessitate, non habet facultatem ministrandi fidelibus Sacramentum Eucharistiæ.*

209. *Religiosis non licet exponere solenne Sacramentum Eucharistiæ, nisi de consensu et iussu Episcopi.*

208. **S**implex sacerdos ex vi potestatis **S**ordinis, seclusâ necessitate

habet facultatem ministrandi fidelibus, sed consecrandi tantum verum Christi Corpus, nisi accedente tacitâ vel interpretativâ saltem licentiâ eorum, quibus ex officio, ut Pastoribus; vel ex privilegio, ut Religiosis in propriis Ecclesiis, incumbit hoc munus.

209 Major difficultas est an *Regulares in suis Ecclesiis sine speciali Episcopi localis licentia, exponere possint SS. Eucharistia Sacramentum à fidelibus adorandum?* quæ per distinctionem in publicis Decretis fundatim ita dispescitur, ut juxta Decretum S. Congregationis die 7. Septembris 1598. id liceat quandoque aperto solum ostiolo Tabernaculi, vel in pixide velata; non autem in solemnitate siæ ordinarii licentia, prout eadem declaravit apud Gavantium 26. Februarii 1628. Quod posterius multò magis obtinet in expositione faciendâ à Confratribus in suis Orationis, aut Ecclesiis pro 40. horis, juxta resolutionem S. Congregationis

H 6

Epi-

GI
36

Episcoporum & Regularium 20
1601. apud eundem.

CAPUT IV.

De Oratoriis privatis.

210. Origo, improbatio, ac modificatio
lorum domesticorum.

211. Quid excipi soleat in concessione
rii privati.

212. Episcopi procul ab Vrbe remoti en
dum ex causa concedunt.

213. Soli Episcopi hodie ubique uti po
rari portatis.

214. Qua dicantur oratoria publica

215. Speciale privilegium Iesuitarum

210 Sacellorum Domesticorum

Salia videtur origo fuisse,
vanitas, indevotio, negligentia,
bertinitas cultum Divinum insti
pro commoditate sua proprioque
tio: quod enim de infirmis aut de
pitis obtenditur, laudabilius omni
dum est, quam cum tanto honori
vini præiudicio concedendum, tan